

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**C. Cornelii Taciti Opera Qvae Exstant**

**Tacitus, Cornelius**

**Antverpiæ, MDLXXXIX**

Liber III.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-496](#)

*Titulos &  
speciosa no-  
minum Ti-  
berius auer-  
satur.  
\* senioris  
que.  
Arminij  
mortuus Ger-  
manus non  
germanus  
promittit:  
Spreta ea  
perfidia:*

*Et nihil se-  
cias à suis  
columen il-  
lud patria  
tollitur.  
Cui verum  
à Tacito elo-  
gium.*

acerbeque increpuit eos, qui diuinis occupationes, ipsumque dominum dixerant, ynde angusta & lubrica oratio, sub principe, qui libertate metuebat, adulacionem oderat. Reperio apud scriptores \* senatoresque eorundem temporum, Adgandestrij principis Chattorum lectas in senatu litteras, quibus mortem Arminij promittebat, si patrandae neci venenum mitteretur: responsumque esse, non fraude neque occultis, sed palam & armatum populum Romanum hostes suos vlcisci. quâ gloriâ æquabat se Tiberius priscis imperatoribus, qui venenum in Pyrrhum regem vetuerant, prodiderantque. Ceterum Arminius, abscedentibus Romanis & pulso Maroboduo, regnum affectans, libertatem popularium aduersam habuit: petitusque armis, cùm variâ fortunâ certaret, dolo propinquorum cecidit, liberator haut dubiè Germaniae, & qui non primordia populi Rom. sicut alij reges ducesque, sed florissimum imperiū lacesserit: prœliis ambiguus, bello non victus. septem & triginta annos vitæ, duodecim potentiae expleuit: caniturq. adhuc barbaras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur: Romanis haut perinde celebris, dum vetera extollimus, recentiū incuriosi.

## C. CORNELII TACITI AB EXCESSV DIVI AVGVSTI ANNALIVM LIB. III.

### BREVIARIVM LIBRI.

**A**GRIPPINA cum Germanici reliquiis Brundisium, inde Romam peruenit. eæ tumulo Augusti illata, & funus ductum. Drusus in Illyricum redit. Cu. Piso cùm Romam redisset, veneni & Maiestatis postulatur. dicta causa, cum omnia infensa & infesta experiretur, manus sibi adfert. Tacfarinas bellum in Africâ renouat: quod opprimitur à L. Apronio Proconsule. Lepida & Emilia adulterij & veneni defertur, damnaturq. Papia poppea lex ad id tempus asperius exercita, mollitur à Tiberio, & nexus eius exsoluntur. Iterum Africam incurrit Tacfarinas: cui tutanda Iunius Blaesus deligitur. Eques aliquot Romani Maiestatis damnantur. Galli rebellant, ducibus Iulio Sacrouiro & Iulio Floro, infeliciter: quia à legionibus Germanicis copie earum cœsa, & ipsa ad vetus ingum retracta. C. Lutorius eques, Maiestatis damnatus, in carcere examinatus est. Cura luxus coercendi cepta, & omissa. Drusus Tribuniciam potestatem accipit. Flamen Dialis vetitus prouinciam sortiri. Asyla Græcorum lustrata & repurgata. C. Silanus repetundarum & Maiestatis damnatus. Tacfarinatem Iunius proturbat, & fratrem eius capit. Iunia illustris famina mors & funus. Hac triennio gesta.

M. VALERIO ET M. AVRELIO COSS.

TIBERIO IMP. IIII. ET DRVSO NERONE II. COSS.

C. SVPICIO ET D. HATERIO COSS.

*Corcyram  
Agrippina  
cum urba  
appellat.*

*Obiuvam illi  
populariter  
Brundisium  
itur.*



I H I L intermissâ nauigatione hiberni maris Agrippina Corcyram insulâ aduehitur, litora Calabriæ contrâ sitam. Illic paucos dies componedo animo insumit, violenta luctu, & nescia tolerâdi. Interim aduentu eius audito, intimus quisq. amicorum, & plerique militares, ut quiq. sub Germanico stipendia fecerant, multiq. etiam ignoti vicinis è municipiis, pars officium in principe rati, plures illos secuti, ruere ad opidum Brundisium; quod nauiganti celerrimum fidissimumq. adpulsi erat. Atque vbi primum ex alto visa classis, complementur nō modò portus & proxima maris, sed moenia ac tecta, quaq. longissime prospectari poterat, mæren-

tium

tium turbâ, ac rogitantiū inter se, silentione an voce aliquâ egredientem ex-  
 ciperent. neque satis constabat quid pro tempore foret: cùm clas̄is paulatim <sup>Magno plā-  
tiū excipi-  
tur.</sup>  
 succedit, non alaci vt adsolet remigio, sed cunctis ad tristitiam compositis.  
 Postquam duobus cum liberis feralem vnam tenens egressa nauī, defixit  
 oculos; idem omnium gemitus, neque discerneres, proximos, alienos, viro-  
 rum, feminarūm planctus: n̄i quòd comitatum Agrippinæ longo mæro-  
 re fessum, obuij & recentes in dolore anteibant. Miserat duas prætorias co-  
 hortes Cæsar, addito vt magistratus Calabriæ, Apulique, & Campani, supre-  
 ma erga memoriam filij sui munera fungerentur. Igitur tribunorum, centu-  
 rionumque humeris cineres portabantur: præcedebant incomta signa, versi  
 fasces: atq. vbi colonias transgrederentur, atrata plebes, trabeati equites, pro  
 opibus loci, vestem, odores, aliaq. funerum sollennia cremabant. etiam quo-  
 rum diuersa opida, tamen obuij, & victimas atq. aras Diis Manibus statuen-  
 tes, lacrymis & cōclamationibus dolorem testabantur. Drusus Terracinam <sup>A primori-  
bus urbis.</sup>  
 progressus est, cum Claudio fratre, liberisq. Germanici, qui in vrbe fuerant.  
 Consules, M. Valerius & M. Aurelius (iam enim magistratum occēperant) &  
 senatus, ac magna pars populi viam complēvere: disiecti, & vt cuiq. libitum  
 flentes, aberat quippe adulatio, gnaris omnibus lætam Tiberio Germanici  
 mortem male dissimulari. Tiberius atque Augūsta publico abstinuere, in-  
 ferius maiestate suâ rati si palam lamentarentur; an ne omnium oculis vul-  
 tum eorum scrutantibus, falsi intelligerentur. Matrem Antoniam non apud  
 auctores rerū, non diurnâ actorum scripturâ, reperio vlo insigni officio fun-  
 etam, cùm super Agrippinam, & Drusum, & Claudium, ceteri quoq. consan-  
 guinei nominatim perscripti sint: seu valetudine præpediebatur, seu vicitus  
 luctu animus, magnitudinem mali perferre visu non tolerauit. facilius cre-  
 diderim, Tiberio & Augūstâ, qui domo non excedebant, cohitantur: vt par-  
 mæror, & matris exemplo, auia quoque & patruus attineri viderentur. Dies <sup>Offa in  
Mausoleum  
illata.</sup>  
 quo reliquæ tumulo Augūsti inferebantur, modō per silentium vastus, mo-  
 dō ploratibus inquieres: plena vrbis itinera, conluentes per campum Martis  
 faces. illic miles cum armis, sine insignibus magistratus, populus per tribus,  
 concidisse Remp. nihil spei reliquum clamitabant: promptius apertiusq. que-  
 quam vt meminisse imperitantium crederes. Nihil tamen Tiberium magis  
 penetrauit, quam studia hominū accensa in Agrippinam; cùm decus patriæ,  
 solum Augūsti sanguinē, vnicum antiquitatis specimen appellarent, versiq.  
 ad cælum ac deos, integrum illi subolem, ac superstitem iniquorum preca-  
 rentur. Fuere qui publici funeris pompam requirent, compararentq. quæ  
 in Drusum patrem Germanici honora & magnifica Augūstus fecisset. ipsum  
 quippe asperrimo hiemis, Ticinum usque progressum, neque abscedentem à  
 corpore simul vrbem intrauisse: circumfusas lecto Claudiorum Iuliorumq.  
 imagines, defletum in foro, laudatū pro rostris, cuncta à maioribus reperta,  
 aut quæ posteri inuenerint cumulata. At Germanico ne solitos quidem, &  
 cuicunque nobili debitos honores, cōtigisse, sanè corpus ob longinquitatem  
 itinerum externis terris quoquo modo crematum: sed tanto plura decora  
 inox tribui par fuisset, quanto prima fors negauisset. non fratrem nisi unius  
 diei viâ, non patruum saltē portâ tenus obuium. vbi illa veteruin instituta?  
 præpositam thoro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, & lau-  
 dationes & lacrymas, vel doloris imitamenta? Gnarum id Tiberio fuit, vtq.  
 premeret vulgi sermones, monuit edicto, Multos inlustrium Romanorum ob Remp. <sup>Excusat, &  
erigit popu-  
lum edicto.</sup>  
 obuiisse, neminem tam flagranti desiderio celebratum. idque & sibi & cunctis egregium, si modus  
 aduceretur. non enim eadem decora principibus viris, & imperatori, populoque, modicis domi-  
 bus, aut

46  
 bus, aut ciuitatibus, conuenisse recenti dolore luctum, & ex mærore solatia. sed referendum iam  
 animum ad firmitudinem, ut quondam diuus Julius amissâ vnicâ filiâ, vt diuus Augustus ere-  
 ptis nepotibus, abstruserint tristitiam. Nil opus vetustioribus exemplis: quies populus Roma-  
 nus clades exercituum, interitum ducum, funditus amissas nobiles familiâs constanter tulerit.  
 Principes mortales. Remp. aeternam esse. proin repeterent sollennia: & quia ludorum Mega-  
*Iustitium omissum.*  
 lensum spectaculum suberat, etiam voluptates resumerent. Tum exuto iustitio, redditum  
 ad munia: & Drusus Illyricos ad exercitus profectus est, erectis omnium  
 animis petendæ è Pisonे vltionis: & crebro questu, quod vagus interim per  
 amœna Asie atque Achaiæ, adroganti & subdolâ morâ, scelerum probatio-  
 nes subuerteret. Nam vulgatum erat missam, vt dixi, à Gn. Sentio famosam  
 beneficiis Martinam, subitâ morte Brundisi exstinctam, venenuimq. nodo  
*Piso ad Drusum abit, purgandi sui causam.*  
 criniū eius occultatum, nec vlla in corpore signa sumpti exitij reperta. At  
 Piso præmisso in urbem filio, datisq. mandatis, per quæ principem molliret,  
 ad Drusum pergit; quem haut fratri interitu trucem, quâm remoto æmulo  
 æquiorem sibi sperabat. Tiberius quo integrum iudicium ostentaret, exce-  
 ptum comiter iuuēnem, suetâ ergâ filios familiarium nobiles liberalitate au-  
 get. Drusus Pisoni, si vera forent quæ iacerentur, præcipuū in dolore suum  
*Septuaginta respondet, & ex Tiberiano prescripto.*  
 locum respondit: sed malle falsa & inania, nec cuiquam mortem Germanici  
 exitiosam esse. Hæc palam, & vitato omni secreto: neque dubitabantur præ-  
 scripta & à Tiberio, cùm incallidus alioqui & facilis iuuentâ, senilibus tum  
 artibus vteretur. Piso Dalmatico mari tramsisso, relictisq. apud Anconam  
 nauibus, per Picenum, ac mox Flaminiam viam, adsequitur legionem quæ è  
 Pannonia in urbem, dein præsidio Africæ ducebatur. eaq. res agitata rumo-  
 ribus, vt in agmine atq. itinere crebrò se militibus ostentauisset. ab Narniâ,  
 vitandæ suspicionis, an quia pauidis consilia in incerto sunt, Nare ac mox  
 Tiberi deuectus auxit vulgi iras, quia nauem tumulo Cæsarum adpulerat;  
 dieque, & ripâ frequenti, magno clientium agmine ipse, feminarum comita-  
 tu Plancina, & vultu alacres incessere. Fuit inter irritamenta inuidiæ domus  
 foro imminens, festo ornatu, conuiuumq. & epulæ, & celebritate loci nihil  
*Postulatur à pluribus.*  
 occultum. Posterâ die, Fulcinus Trio Pisonem apud consules postulauit.  
 contrâ Vitellius, ac Veranius, ceterique Germanicum comitati tendebant,  
 nullas esse partes Trioni; neq. se accusatores, sed reru indices & testes, man-  
 data Germanici perlatus. Ille dimislâ eius caussæ delatione, vt priorem vi-  
 tam accusaret obtinuit: petitumq. est à Principe, cognitione exciperet. quod  
*Idq. apud Tiberianum iudicem.*  
 ne reus quidem abnuebat, studia populi & patrum metuens. contrâ, Tibe-  
 rium spernendis rumoribus validum, & conscientiæ matris innexum esse:  
 veraq. aut in deterius credita, iudice ab uno facilius discerni: odium & inui-  
 diam apud multos valere. Haut fallebat Tiberiū moles cognitionis, quaque  
 ipse famâ distraheretur. Igitur paucis familiarium adhibitis, minas accusan-  
 tium, & hinc preces audit, integrumq. caussam ad senatum remittit. Atque  
*Sed ille à se ad Senatum reuicit.*  
 interim Drusus rediens Illyrico, quamquam patres censiuerint ob receptum  
 Marobodium, & res priore æstate gestas vt ouans iniret, prolato honore ur-  
 bem intravit. postquam reo T. Arruntium, Fulcinium, Asinium Gallum,  
 Æsernium Marcellum, Sex. Pompeium patronos petenti, iisq. diuersa ex-  
 cusesitibus, M. Lepidus, & L. Piso, & Lucrecius Regulus adsuere, arrestâ  
 omni ciuitate, quanta fides amicis Germanici, quæ fiducia reo, sat' cohi-  
 beret ac premeret sensus suos Tiberius, an promeret: iis haut alias intentior  
 populus, plus sibi in principe occultæ vocis, aut suspicacis silentij permisit.  
*Cæsaris oratio ad patres, flexa callida, verè Tiberiana.*  
 Die senatus, Cæsar orationem habuit meditato temperamento. Patris sui lega-  
 tum atq. amicum Pisonem fuisse, adiutoremque Germanico datum à se, auctore senatu, rebus  
*apud*

apud Orientem administrandis. illuc contumaciā & certaminibus asperasset iuuensem, exituque eius latatus esset, an scelere extinxisset, integris animis dijudicandum. Nam si legatus officij terminos, obsequium erga Imperatorem exuit, eiusdemque morte, & luctu meo latatus est, odo, seponamque à domo meā, & priuatas inimicitias non Principis vlciscar. Sin facinus in cuiuscunque mortalium nece vindicandum detegitur: vos verò & liberos Germanici, & nos parentes iustis solatiis adficate. simulque illud reputate, turbide & seditione tractauerit exercitus Piso, quæsta sint per ambitionem studia militum, armis repetita provincia, an falsa hæc in manus vulgauerint accusatores. quorum ego nimis studiis iure succenso. Nam quo pertinuit, nudare corpus & contrestandum vulgi oculis permittere, differrique etiam per externos, tanquam veneno interceptus esset, si incerta adhuc ista & scrutanda sunt? Defleo equidem filium meum, semperq. deflebo: sed neq. reum prohibeo quominus cuncta proferat, quibus innocentia eius sublevari, aut si qua fuit iniquitas Germanici, coargui possit. vosque oro, ne, quia dolori meo causa connexa est, obiecta crimina pro adprobatis accipiatis. Si quos propinquus sanguis, aut fides sua patronos dedidit, quantum quisque eloquentiā & curā valet, iuvate periclitantem. Ad eundem laborem, eandem constantiam accusatores hortor. Id solum Germanico super leges prestiterimus, quod in curiā potius quam in foro, apud senatum quam apud iudices, de morte eius anquiritur. cetera par modestiā tractentur. nemo Drusi lacrymas, nemo mastitiam meam speceret, nec si qua in nos aduersa finguntur. Exin biduu criminibus obiciendis statuitur, vtq. sex dierum spatio intericto, reus per triduum defenderetur. Tum Fulcinus vetera & inania orditur, ambitiosè, auareq. habitam Hispaniam. quod neq. cōuictum noxæ reo, si recentia purgaret, neque defensum absolutioni erat, si teneretur maioribus flagitiis. Post quem Seruæus, & Veranius, & Vitellius consumili studio, sed multâ eloquentiâ Vitellius, obiecere, odio Germanici, & rerum nouarum studio, Pisonem vulgus militum per licentiam & sociorum iniurias eò vsque corrupisse, vt parens legionum à deterrimis appellaretur: contrà, in optimum quemque maximè in comites & amicos Germanici sœuisse: postremò ipsum deuotionibus & veneno peremisse: sacra hinc & iminolations nefandas ipsius atque Plancinæ: petitam armis Remp. vtque reus agi posset, acie victim. Defensio in ceteris trepidauit. nam neque ambitionem militarem, neq. prouinciam pessimo cuique obnoxiam, ne contumelias quidem aduersum imperatorem inficiari poterat. solum veneni crimen visus est diluisse. quod ne accusatores quidem satis firmabant, in cōuiuio Germanici, cùm super eum Piso discumberet, infectos manibus eius cibos argentes. quippe absurdum videbatur, inter aliena seruitia, & tot adstantium visu, ipso Germanico coram id ausum. offerebatq. familiā reus, & ministros in tormenta flagitabat. Sed iudices per diuersa implacabiles erant. Cæsar ob bellum prouinciæ inlatum: Senatus, nūquam satis credito, sine fraude Germanicum interiisse. \* scripsissent expostulantes: \* quod haut minus Tiberius quam Piso abnuere. Simul populi ante curiam voces audiebātūr, non temperatos manibus, si patrum sententias euasisset: effigiesq. Pisonis traxerant in Gemonias ac diuellebāt, ni iussu principis protectæ repositæq. forent. Igitur inditus lecticæ, & à tribuno prætoriæ cohortis deductus est: vario rumore, custos salutis, an mortis exactor sequeretur. Eadem Plancinæ inuidia, maior gratia: eo que ambiguum habebatur, quantum Cæsari in eam licet. atque ipsa, donec media Pisoni spes, sociam se cūiuscumque fortunæ, & si ita ferret, comitem exitij promittebat. Ut secretis Augustæ precibus veniam obtinuit, paulatim segregari à marito, diuidere defensionē cœpit. quod reus postquam sibi exitibile intelligit, an adhuc experiretur dubitans, hortanti bus filiis durat mentem, senatumque rorsum ingreditur: redintegrataq. accusationem, infensas patrum voces, aduersa & sœua cuncta percessus, nullo magis

*Accusatorū  
oratio, &  
criminatio.*

*Quam haud  
viquequa  
reus eluit.*

*\* Traiecticia  
videntur.  
Adi Comm.*

*In eum iudi-  
ces haud pro-  
ni, & popu-  
lus offensi-  
mus.*

*Plancina à  
mariti cauf-  
sā suam di-  
uellit.*

*Ipse tamen  
defensionem  
iterat.*

Nec aures  
aut mentes  
mitiores rep-  
perit.

Igitur se se  
ipse absoluuit.

Sermo in Ti-  
berium, qui  
mibi vorissi-  
mus.

\* Defunctus que-  
dam.  
Pisonis ad  
Caesarem th-  
bella.

Piso filius  
absoluitur.

Plancina  
precibus eri-  
pitur.

Sententia in  
Pisonem:

etiam Cotta T.  
munibiv

\* Scribo tele-  
garetur.  
Quas Tibe-  
rius mitigat.

lo magis exterritus est, quam quod Tiberium sine miseratione, sine irâ, obstinatum clausumque vidit, ne quo affectu perrumperetur. relatus domum, tamquam defensione in posterū meditaretur, pauca conscribit, obsignatque, & liberto tradit. Tum solita curando corpori exsequitur. dein multam post noctem, egressâ cubiculo uxore, opperiri fores iussit: & cœptâ luce, per osso iugulo, iacente humi gladio, repertus est. Audire me memini ex senioribus, visum saepius inter manus Pisonis libellum, quem ipse non vulgauerit, sed amicos eius dictauisse, litteras Tiberij, & mandata in Germanicum contine; ac destinatum promere apud patres, Principemque arguere, ni elusus à Sejano per vana promissa foret. nec illum sponte extinctu, verum immisso percusso. quorum neutrum adseuerauerim. neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui nostram ad iuuentam durauerunt. Cæsar flexo in mastitiam ore, suam inuidiam tali morte quæsitam apud senatum, crebrisque interrogationibus exquirit qualem Piso diem supremū, noctemq. exegisset. \* Atque illo pleraq. sapienter, quædam inconferti respondente, recitat codicillos à Pisone in hunc fermè modum compositos. *Conspiratione inimicorum,* & inuidia falsi criminis oppressus, quatenus veritati & innocentiae meæ nusquam locus est, deos immortales testor, vixisse me Cæsar cum fide aduersum te, neque alia in matrem tuam pietate: vosque oro liberis meis consulatis. ex quibus Cn. Piso qualicumque fortunæ meæ non est adiunctus, cum omne hoc tempus in urbe egerit. M. Piso repetere Syriam dehortatus est. atque utinam ego potius filio iuueni, quam ille patris seni cessisset! è impensis precor, ne mea prauitatis penas innoxius luat. Per quinque & quadraginta annorum obsequium, per collegium consulatus quondam diuo Augusto parenti tuo probatus, & tibi amicus, nec quidquam post hac rogaturus, salutem infelis filij rogo. De Plancinâ nihil addidit. Post quæ Tiberius adolescentem criminis ciuilis belli purgauit: patris quippe iusta, nec potuisse filium detractare: simul nobilitatem domus, etiam ipsius, quoquo modo meriti, grauem casum miseratus. Pro Plancinâ cum pudore & flagitio differuit, matris preces obtendens: in quam optimi cuiusque secreti questus magis ardescabant. Id ergo fas autem, interficere nepotis adspicere, adloqui, eripere senatui? quod pro omnibus ciuibus leges obtineant, vni Germanico non contigisse. Vitellij & Veranij voce defletum Cæarem, ab imperatore & Augustâ defensam Plancinam. proinde venena, & artes tam feliciter expertas verteret in Agrippinam, in liberos eius, egregiamque aiuam ac patruum sanguine miserrima domus exsatiaret. Biduum super hæc imagine cognitionis absintum; vrgente Tiberio liberos Pisonis, matrem vti tuerentur. Et cum accusatores ac testes certatim perorarent respôdente nullo, miseratio quam inuidia augebatur. Primus sententiâ rogatus Aurelius Cotta consul (nam referente Cæsare, magistratus eo etiam munere fungebantur) nomen Pisonis radendum fastis censuit: partem bonorum publicandam: pars vt Gn. Pisoni filio concederetur, isque prænomen mutaret. M. Piso exutâ dignitate, & accepto quinquages festertio, in decem annos\* relegatur, concessâ Plancinæ incolumitate ob preces Augustæ. Multa ex eâ sententiâ mitigata sunt à principe: ne nomen Pisonis fastis eximeretur, quando M. Antonij qui bellum patriæ fecisset, Iuli Antonij qui domum Augusti violasset, manerent. & M. Pisonem ignominia exemit, concessitque ei paterna bona, satis firmus, vt saepe memorauit, aduersum pecuniam, & tum pudore absolutæ Plancinæ placabilior. Atque idem, cum Valerius Messalinus signum aureum in æde Martis Vtoris, Cæcina Seuerus aram Vltioni statuendam censuissent, prohibuit: ob externas ea victorias sacrari dictitans, domestica mala tristitia operienda. Addiderat Messalinus, Tiberio, & Augustæ, & Antoniæ, & Agrippinæ Drusoque, ob vindictam Germanici, grates agendas, omiseratq.

Claudij

Claudij mencionem. & N  
percontatus est, an pendens  
scriptum est. Melius quantu  
gis ludibriis rerum mortal  
iæ, spe, venerazione fœtu  
turum principem furentur  
etor senatu fuit, Vindicta  
cinio suffragium ad hunc  
cipiat. Is fons fuit vñ  
mines qui tum aegrotar  
maxima quoque ambigui  
tis habent; alii vera in eis  
At Drusus vnde egredie  
post dies Vipiani manu  
obitu. Nam ceteros man  
exstinctos. Eodem anno  
memorauit, bellum in A  
permicitatem multa don  
haut procul Pagydii fumi  
stello Decius impegnat  
ratus. Is cohortem mil  
caltris instruit. Primus  
sat fugientibus, incipi  
Romanus tergi duxit. Un  
lo, aduersum os in hellem  
suis caderet. Que puli  
pera; magis deducere li  
pestate, & è venere enem  
cohortis, forte duxit, si  
vexillum veterane don  
copias, praefation, ex T  
fus Helius grecum mi  
Apronio torquibus & hu  
quoque Apronis uer  
Sed Tacfarinas penitus  
vbi instaretur, cedens, u  
fuit, initium fellumque  
flexit ad maritimum locum,  
patris Apronis Celsus  
sumos legionum addidit  
pellitique in defensa. Alii  
ac Cn. Pompeius potius  
diuite atque orba, adser  
dæos in dominum Cæsare  
post dictum repudium ad  
tionem addiderat. Hunc  
Principis: adçò venit ac  
senatum, ne iniziatum  
ribus, aliofin, telles inven  
que seruos Lepidus, prius

Claudij mentionem. & Messallinum quidem L. Asprenas senatu coram percontatus est, an prudens præterisset? ac tum demum nomen Claudij adscriptum est. Mihi quanto pluta recentium, seu veterum feuoluo, tanto magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obuersantur. quippe fama, spe, veneratione potius omnes destinabant imperio, quam quem futurum principem fortuna in occulto tenebat. Paucis post diebus Cæsar auctor senatui fuit, Vitellio, atque Veranio, & Seruæo sacerdotia tribuendi. Fulcinio suffragium ad honores pollicitus, monuit, ne facundiâ violentiâ precipitaret. Is finis fuit vlciscendâ Germanici morte, non modò apud illos homines qui tum agebant, etiam secutis temporibus vario rumore iactata. adeò maxima quæque ambigua sunt, dum alij quoquo modo audita pro coemptis habent; alij vera in contrarium vertunt. & gliscit utrumque posteritate. At Drusus vrbe egressus repetendis auspiciis, mox ouans introiit. paucosque post dies Vipsania mater eius excessit, una omnium Agrippæ liberorum miti obitu. Nam ceteros manifestum ferro, vel creditum est, veneno aut fame extinctos. Eodem anno Tacfarinas, quem priore æstate pulsum à Camillo memorauit, bellum in Africâ renouat, vagis primùm populationibus & ob perniciatem inultis: dein vicos exscindere, trahere graues prædas: postremo haut procul Pagydâ flumine, cohortem Romanam circumsedit. Præerat castello Decrius impiger manu, exercitus militiâ, & illam obsidionem flagitijs ratus. Is cohortatus milites ut copiam pugnae in aperto facherent, aciem pro castris instruit. Primoque impetu pulsâ cohorte, promptus inter tela occursat fugientibus, increpat signiferos, quod inconditis aut desertoribus miles Romanus terga daret. simul excepta vulnera. & quamquam transfallo oculo, aduersum os in hostem intendit, neque prælium omisit donec desertus suis caderet. Quæ postquam L. Apronio (nam Camillo successerat) comperta; magis dedecore suorum, quam gloriâ hostis anxius, raro ea tempestate, & è vetere memorâ facinore, decumum quemque ignominiosæ cohortis, sorte ductos, fuste recat. Tantumque seueritate profectum, ut vexillum veteranorū non amplius quingenti numero, easdem Tacfarinatis copias, præsidium, cui Thala nomen, adgressas fuderint. quo prælio Rufus Heluius gregarius miles seruati ciuis decus rettulit, donatusque est ab Apronio torquibus & hastâ. Cæsar addidit ciuicâ coronam, quod non eam quoque Apronius iure proconsulis tribuisset, questus magis, quam offensus. Sed Tacfarinas perculsis Numidis & obsidia aspernantibus, spargit bellum; ubi instaretur, cedens, ac rursum in terga remeans. & dum ea ratio barbaro fuit, inritum fessumque Romanum impunè ludificabatur. Postquam deflexit ad maritimos locos, inligatus prædâ, statuus castris hærebat. missuque patris Apronius Cesianus cum equite & cohortibus auxiliariis, quis velocissimos legionum addiderat, prosperam aduersum Numidas pugnam facit, pellitque in deserta. At Romæ Lepida, cui super Æmilorum decus L. Sulla ac Cn. Pompeius prooui erant, defertur simul auisse partum ex P. Quirinio diuite atque orbo. adiiciebantur adulteria, venena, quæstumque per Chaldaeos in domum Cæiaris, defendantem ream Manio Lepido fratre. Quirinius post dictum repudium adhuc infensus, quamvis infami ac nocenti miserationem addiderat. Haut facile quis dispexerit illâ in cognitione menteim Principis: adeò vertit ac miscuit iræ & clementiæ signia, deprecatus primò senatum, ne maiestatis crimina tractarentur. Mox M. Seruilius è consularibus, aliosq. testes inlexit ad proferenda, quæ velut reticere voluerat. \*idemque séruos Lepidæ, cum militari custodiâ haberentur, transtulit ad consules:

*Claudium  
adulatio in-  
prudenter  
præterit, post  
Principem.*

*Drusus ouâs  
init.*

*Bellum in  
Africâ in-  
stauratum,  
Tacfarinate  
duce.*

*Cohors Ro-  
mana fusa:*

*Quam deci-  
mat Apronius.*

*Eâ seueri-  
te, pauci ho-  
stem protur-  
bant.*

*Lepida accu-  
satur suppo-  
sti partus:*

*Et maiesta-  
tis.*

*Tiberius  
perplexè  
agit.*

*\*itemque*

50 neque per tormenta interrogari passus est, de his quæ ad domum suam pertinenterent. Exemit etiam Drusum consulem designatum dicendæ primo loco sententia: quod alij ciuile rebantur, ne ceteris adsentiendi necessitas fieret: quidam ad sœ uitiam trahebant. neque enim cessurum nisi damnandi officio. Lepida ludorum diebus, qui cognitionem interuenierant, theatrum cum claris feminis ingressa, lamentatione flebili maiores suos ciens, ipsumque Pompeium, cuius ea monumenta & adstantes imagines visabantur, tantum misericordia permouit, ut effusi in lacrymas sœua & detestanda Quirinio clamitarent, cuius senectæ atque orbitati & obscurissimæ domui, destinata quondam vxor L. Cæsari, ac diuo Augusto nurus, dederetur. dein tormentis seruorum patefacta sunt flagitia, itumque in sententiam Rubellij Blandi, à quo aquâ atque igni arcebatur. Huic Drusus adsensit, quamquam alij mitius censuerint: mox Scauro qui filiam ex eâ genuerat, datum, ne bona publicarentur. Tum demum aperuit Tiberius, compertum sibi etiam ex P. Quirinij seruis, veneno eum à Lepidâ petitus. Inlustrium domuum aduersa (etenim haut multum distanti tempore Calpurnij Pisonem, Aemilij Lepidam amiserant) solatio adfecit D. Silanus Iuniæ familiæ redditus. casum eius paucis repetam. Ut valida diuo Augusto in Reimp. fortuna; ita domi improspera fuit, ob impudicitiam filiæ ac neptis quas vrbe depulit, adulterosque earum morte aut fugâ puniuit, nam culpam inter viros ac feminas vulgatam, graui nomine lœtarum religionum, ac violatæ maiestatis appellando, clementiam maiorum suasque ipse leges egrediebatur. Sed aliorum exitus, simul cetera illius ætatis memorabo, si effectis in quæ tendi, plures ad curas vitam produxero. D. Silanus in nepti Augusti adulter, quamquam non vltra foret sœ uitum, quâm ut amicitiâ Cæsaris prohiberetur; exsiliū sibi demonstrari intellexit: nec nisi Tiberio imperitante deprecari Senatum ac Principem ausus est, M. Silani fratri potentia, qui per insigne nobilitatem & eloquentiam præcellebat. Sed Tiberius grates agenti Silano, patribus coram respondit, se quoque latari quod frater eius è peregrinatione longinquâ reuertisset. idque iure licitum, quia non senatus consulto, non lege pulsus foret: sibi tamen aduersus eum integras parentis sui offendentes: neque reditu Silani, dissoluta quæ Augustus voluisse. Fuit posthac in vrbe, neque honores adeptus est. Relatum deinde de moderanda Papiâ Poppeâ, quam senior Augustus post Iulias rogationes incitandis cælibum pœnis, & augendo ærario sanxerat. nec ideo coniugia & educationes liberum frequentabantur, præualidâ orbitate. ceterum multitudo periclitantium gliscerat, cum omnis domus delatorum interpretationibus subuerterentur. utque antehac flagitiis, ita tunc legibus laborabatur. Ea res admonet, ut de principiis iuris, & quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatem legum peruentum sit, altius differam. Vetustissimi mortalium, nullâ adhuc malâ libidine, sine probro, scelere, eoq. sine pœnâ aut coercitionibus agebant. neque præmiis opus erat, cum honesta suopte ingenio peterentur; & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metu verabantur. At postquam exui æqualitas, & pro modestiâ ac pudore, ambitio & vis incedebat; prouenire dominationes: multosque apud populos, æternum mansere. Quidam statim, aut postquam Regum pertæsum, leges maluerunt. Hæ primò rudi bus hominum animis simplices erant. maximeque fama celebrauit Creten sium, quas Minos: Spartanorum, quas Lycurgus: ac mox Atheniensibus quæsiriores iam & plures Solon perscripsit. Nobis Romulus, ut libitum, imperitauerat: dein Numa religionibus & diuino iure populum deuinxit, suspen

repertaquæ

*Miseratio  
populi in Le-  
pidam.**Sed rea con-  
uincitur, &  
damnatur.**Iunius Sila-  
nus exsili  
veniamini-  
petrat.**Qui adulter  
in nepote Au-  
gusti.**Papia lex  
moderatio-  
nem quarit.**Excursus ad  
initia & pro-  
gressus le-  
gum.**Quæ pauca  
primo, &  
simplices.*

reperaque quendam à T...  
legum fuit, quâ ex ea  
patrum factiones mala  
cordiz: creati⁹ decem  
decim tabulz, his agu  
ex delicto, sepius tam  
res, aut pellendi clavis  
Gracchi, & Saturnus, p...  
Drusus; corruptiſce, n...  
dem Italico, mor crudi  
L. Sulla dictator, p...  
ei rei haur in longum p...  
lamque non modo in c...  
& corruptissim à Rep. p...  
corrigendis motibus d...  
rumque legum anchor...  
Exin continua per vng...  
que impunè; ac multa h...  
Augustus potenter fec...  
quis pace & Principe v...  
Papia Poppea præmu...  
parens omnium popu...  
& Italiæ, & quod v...  
tus, & terror omnibus  
consularium, quinq. e...  
quos exsoluti pleriq. le...  
idem tempus Neroni e...  
dauit patribus, vñque n...  
quennio matutus qu...  
dientiū postulanit, p...  
gusto, sed neque tum i...  
derent, ac tamen ini...  
mos, & privigios cum  
potem. Additum po...  
giarium plebi, adm...  
aspiciebat. Autum d...  
Vtque hæc secundo s...  
Claudij ficer Seianu...  
tur, suspectumque au...  
cessere vitæ insignes u...  
familia, neque tumen...  
etiam potestate legend...  
illa immenſum vigore,  
C. Sallustius, uniu...  
nomen adscit, inqu...  
aditu, Macenatum, n...  
lum consularium, p...  
tum & mundicias, opp...  
animi, inganibas n...

repertaque quædam à Tullo & Anco: sed præcipiuus Seruius Tullius sanctor  
legum fuit, quîs etiam reges obtemperarent. Pulso Tarquinio, aduersum  
patrum factiones multa populus parauit tuendæ libertatis, & firmandæ cón-  
cordiæ: creati q. decemuiri, & accitis quæ vsquam egregia, compositæ duo-  
decim tabulæ, finis æqui iuris. nam securæ leges, et si aliquando in maleficos  
ex delicto, sæpius tamen dissensione ordinum, & apiscendi inlicitos hono-  
res, aut pellendi claros viros, aliaque ob praua per vim latæ sunt. Hinc  
Gracchi, & Saturnini, turbatores plebis; nec minor largitor nomine senatus  
Drusus; corrupti spe, aut inlusi per intercessionem socij. Ac ne bello qui-  
dem Italico, mox ciuili omissum, quin multa & diuersa sciscerentur; donec  
L. Sulla dictator, abolitis vel conuersis prioribus cùm plura addidisset, otium  
ei rei haut in longum parauit, statim turbidis Lepidi rogationibus. neque  
multo post Tribunis redditâ licentia, quoquò vellent populum agitandi.  
Iamque non modò in communè, sed in singulos homines latæ quæstiones:  
& corruptissimâ Rep. plurimæ leges. Tuin Gn. Pompeius tertium consul, Item Pompeius:  
corrígendis moribus dilectus, & grauior remediis quâm delicta erant, sua-  
rumque legum auctor idem ac subuersor, quæ armis tuebatur armis amisit.  
Exin continua per viginti annos discordia, non mos, nō ius. deterrima quæ-  
que impunè; ac multa honesta, exitio fuere. Sexto demuinâ consulatu Cæsar  
Augustus potentiae securus, quæ triumuiratu iusserat, aboleuit: deditque iuta  
quîs pace & Principe vteremur. acriora ex eo vincla, inditi custodes, & lege  
Papiâ Poppæâ præmiis inducti \* visi à priuilegiis parentum cessaretur, velut  
parens omnium populus vacantia teneret. sed altius penetrabant, urbemque  
& Italiam, & quod vsquam ciuium, corriptuerant: multorumque excisi ita-  
tus, & terror omnibus intentabatur: ni Tiberius statuendo remedio quinq.  
consularium, quinq. è prætoriis, totidem è cetero senatu forte duxisset. apud  
quos exsoluti pleriq. legis nexus, modicū in præsens leuamentum fuere. Per  
idem tempus Neronē liberis Germanici iam ingressum iuuentā, commen-  
dauit patribus; vtque munere capessendi vigintiuiratus solueretur, & quin-  
quennio maturius quâm per leges Quæsituram peteret, non sine inrisu au-  
dientiū postulauit. prætendebat sibi atque fratri decreta eadem, petente Au-  
gusto. sed neque tum fuisse dubitauerim; qui eiusmodi preces occulti inlu-  
derent. ac tamen initia fastigij Cæsaribus erant: magisque in oculis vetus  
mos, & priuignis cum vitrico leuior necessitudo, quâm auo aduersum ne-  
potem. Additur pontificatus, & quo primum die forum ingressus est, cón-  
giarium plebi, admodum lœtæ, quod Germanici stirpe iam puberem  
aspiciebat. Auctum dehinc gaudium, nuptiis Neronis & Iuliæ Drusi filiæ.  
Vtque hæc secundo rumore, ita aduersis animis acceptum, quod filio  
Claudij socer Seianus destinaretur. polluisse nobilitatem familiæ videban-  
tur, suspectumque iam nimia spei Seianum vltro extulisse. Fine anni con-  
cessere vitâ insignes viri, L. Volusius, & Sallustius Crispus. Volusio vetus  
familia, neque tamen præturam egressa. ipse consulatum intulit, censoriā  
etiam potestate legendis equitum decuriis functus, opumque quîs domus  
illa immensum viguit, primus a cœsumulator. Crispum equestri ortum loco,  
C. Sallustius, rerum Romanarum florentissimus auctor, sororis nepotem in  
nomen adscivit. atque ille, quamquam promto ad capessendos honores  
aditu, Mæcenatem æmulatus, sine dignitate senatoriâ multos triumpha-  
lium, consulariumq. potentia anteit. diuersus à veterum instituto, per cul-  
tum & munditias; copiaque & affluentia, luxu propior, suberat tamen vigor  
animi, ingentibus negotiis par; eò acrior, quod somnum & inertiam magis  
Volusii, &  
Sallustij  
mortes.  
Elogia.

## C. CORNELII TACITI

ostentabat. Igitur incolumi Mæcenate proximus, mox præcipius cui secreta imperatorum inniterentur, & interficiendi Postumi Agrippæ conscius, ætate prouectâ speciem magis in amicitia principis quam vim tenuit. idque & Mæcenati acciderat: fato potentiae raro sempiternæ: an satias capit, aut illos cum omnia tribuerunt, aut hos, cum iam nihil reliquū est quod cupiant.

A. V. C. D.  
CCLXXIV.

Tiberius Romæ secedit.

L. Sulla immodestia accusatur:  
Quid prætorio viro non cessisset.

Corbulo viam curam accipit:  
Seuerè exercet.

Lepidus in Asiam proconsul.

Cæcina uxores à prouinciis arceret.

Suis, & iustis cauiss.

Cui Messallinus repugnat.  
Sed cauiss. vix cauiss.

52

Sequitur Tiberij quartus, Drusi secundus consulatus, patris atque filij collegio insignis. nam biennio antè, Germanici cum Tiberio idem honor, neque patruo latus, neque natura tam connexus fuerat. Eius anni principio Tiberius, quasi firmandæ valetudini, in Campaniam concessit: longam & continuam absentiam paulatim meditans; siue ut amoto patre, Drusus munia consulatus solus impleret. Ac fortè parua res magnū ad certamen progesla, præbuit iuueni materiam apiscendi fauoris. Domitius Corbulo prætuū functus de L. Sullâ nobili iuuene questus est apud senatum, quod sibi interspectacula gladiatorum, loco non decessisset. pro Corbulone ætas, patrius mos, studia seniorum erant: contrà, Mamercus Scaurus & L. Arruntius, aliique Sullæ propinqui nitebantur. certabant orationibus, & memorabantur exempla maiorum, qui iuuentutis irreuerentiam grauibus decretis notauiſſent. donec Drusus apta temperandis animis differuit, & satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Sullæ, & oratorum eā ætate uberrimus erat. Idem Corbulo plurima per Italiam itinera, fraude mancipum & incuria magistratum interrupta & imperuia clamitando, executionem eius negotij libens suscepit. quod haut perinde publicè usui habitum, quam exitiosum multis, quorum in pecuniam atque famam damnationibus & hastâ saeuebat. Neque multo post missis ad senatum litteris Tiberius, motam rursum Africam incursu Tacfarinatis docuit, iudicioque patrum diligendum proconsulem, gnarum militiæ, corpore validum, & bello suffecturum. quod initium Sex. Pompeius agitandi aduersus M. Lepidum odij naestus, ut secordem, inopem, & maioribus suis dedecorum, eoq. etiam Asiae forte depellendum incusauit. aduerso senatu, qui Lepidum mitem magis quam ignauum, paternas ei angustias & nobilitatem sine probro actam, honori quam ignominiae habendam ducebat. Igitur missus in Asiam. Et de Africâ decretum ut Cæsar legeret; cui mandanda foret. Inter quæ Seuerus Cæcina censuit, ne quem magistratum, cui prouincia obuenisset, vxor comitaretur: multū antè repetito, concordem sibi coniugem, & sex partus enixa: seque quæ in publicum statueret domi seruauisse, coabitâ intra Italiam, quamquam ipse pluris per prouincias quadraginta stipendia expleuisset. Haut enim fruſtra placitum olim, ne feminæ in socios aut gentes externas traherentur. inesse mulierum comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus conuertant. non imbecille tantum, & imparem laboribus sexum; sed si licentia adsit, saeum, ambitiosum, potestatis audum. incedere inter milites, habere ad manum centuriones: præsedisse nuper feminam exercitio cohortium, decursu legionum. cogitarent ipsi, quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura uxoribus obiectari. his statim adhescere deterrimum quemque prouincialium: ab his negotia suscipi, transfigi: duorum egressus colli, duo esse præatoria. per uicacibus magis & impotensibus mulierum iussis, quæ Oppis quondam, aliisque legibus constrictæ, nunc vincis exsolitus, domos, foræ, iam & exercitus regerent. Paucorum hæc adsensu audita, plures obturbabant, neque relatuin de negotio, neque Cæcinam dignum tantæ rei censorem. mox Valerius Messallinus, cui parens Messalla, ineratque imago paternæ facundia, respondit. Multa duritie veterum melius & latius mutata. neque enim, ut olim, obſideri urbem bellis, aut prouincias hostilis esse. & paucas feminarum necessitatibus concedi, que ne coniugum

coniugum quidem penates, adeò socios non onerent: cetera promiscua cùm māritō, nēc vñlūm in eo pacis impedimentum. bella planè accinētis obeunda: sed reuertentibus post laborem, quod honestius quam vxorium leuamentum? At quasdam in ambitionem aut auaritiam prolapsas. Quid ipsorum magistratum, nōnne plerosque variis libidinibus obnoxios? non tamen ideò neminem in prouinciam mitti. corruptos sēpe prauitatibus vxorum maritos: num ergò omnes calibes integrōs? placuisse quondam Oppias leges, sic temporibus Reip. postulantibus: remissum aliquid postea, & mitigatum, quia expedierit. Frustra nostram ignaviam alia ad vocabula transferri. nam viri in eo culpam, si femina modum excedat. porrò ob vnius aut alterius imbecillum animum, male eripi maritis consortia rerum secundarum aduersarumque, simul sexum naturā invalidum deserit, & exponi suo luxu, cupidinibus alienis. Vix præsenti custodiā manere inlesia conjugia: quid fore, si per plures annos in modū dissidiū obliterentur? Sic obuiam irent ius quæ alibi peccarentur, ut flagitorum vrbis meminissent. Addidit pauca Drusus de matrimoniō suo. nam Principibus adeunda sæpius longinqua imperij. Quoties diuum Augustum in Occidentem atque Orientem meauisse comite Liuiā? se quoque in Illyricum profectum, & si ita conducebat, alias ad gentes iturum, haut semper æquo animo, si ab vxore carissimā, & tot communium liberorum parente diuelleretur. Sic Cæcinæ sententia elusa. Et proximi senatus die, Tiberius per litteras castigatis oblique patribus, quòd cuncta curarum ad Principem reiicerent, \* M. Lepidum & Iunium Blæsum nominauit: ex quīs proconsul Africæ legeretur. Tum audita amborum verba, intentiū excusante se Lepido, cùm valetudinem corporis, ætatem liberū, nubilem filiam obtenderet: intelligereturque etiam quòd silebat, auunculum esse Seiani Blæsum, atque eò præualidum. Respondit Blæsus specie recusantis, sed neque eādem adseueratione, & consensu adulantium auditus est. Exin promptum, quod multoruī intīmis questibus tegebatur. Incedebat enim deterrimo cuique licentia, impunē probra, & inuidiam in bonos excitandi, arreptā imagine Cæsarī: libertique etiam ac ferti, patronō vel domino, cùm voces, cùm manus intentarent, vltro metuebantur. Igitur C. Cestius senator differuit; *Principes quidem instar deorum esse: sed neque à diis nisi iustas supplicum preces audiri, neque quemquam in Capitolium, aliāue vrbis templā perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur.* Abolitas leges, & funditus versas, vbi in foro, in limine curiæ, ab Anniā Rufillā, quam fātūs sub iudice damnauisset, probra sibi & minē intendantur. neque ipse audeat ius experiri, ob effigiem Imperatoris oppositam. Haut dissimilia alij, & quidam atrociora circumstrebant: precabanturque Drusum, daret vltionis exemplum. donec accitam conuictamque attineri publicā custodiā iussit. Et Considius Æquus, & Cœlius Cursor equites Rom. quòd factis maiestatis criminibus Magium Cæcilianum prætorem petiuerint, auctore Principe, ac decreto senatus puniti. Vtrumque in laudem Drusi trahebatur: ab eo, in vrbē inter cœtus & sermones hominum obuersante, secreta patris mitigari. neque luxus in iuuene adeò displicebat. huc potius intenderet, diem \* ædificationibus, noctem cōnuiuiis traheret, quam solus & nullis voluptatibus auocatus mæstam vigilantiam, & malas curas exerceret. non enim Tiberius, non accusatores fatiscebant. Et Ancharius *Sed exemplo uno repressi.* Priscus Cæsium Cerdum proconsulem Cretæ postulauerat repetundis, addito maiestatis crimine: quod tum omnium accusationum complementum erat. Cæsar Antistium Veterem è primoribus Macedoniæ absolutum adulterij, increpitis iudicibus, ad dicendam maiestatis caussam retraxit, vt turbidum, & Rhescuporidis consiliis permixtum, quā tempestate Cotye fratre imperfecto, bellum aduersus nos voluerat. Igitur aquā & igni interdictum reo, adpositumque vt teneretur insulā, neque Macedoniæ neque

Ei tamen  
Drusus a  
sensus; &  
alij.

\* Verius;  
Manium;  
M. Lepidus  
recusat pro-  
consulatum  
Africæ.

Aibus in  
Principiū  
imaginibus.

Quas pessimi  
pro inuolato  
clypeo habe-  
bant.

Sed exemplo  
uno repressi.

Drus obiter  
laudatio.

\* editioni-  
bus.  
Accusatio-  
nes.

C. CORNELII TACITI

54  
 Thraciae opportunâ. Nam Thracia diuiso imperio in Rhœmetalcen & liberos Cotyis, quîs ob infantiam tutor erat Trebellienus Rufus, insolentiâ nostri discors agebat; neq. minus Rhœmetalcen quam Trebellienum incusans, popularium iniurias inultas sinere. Cœlaletæ, Odrusæque, & \* alij, validæ nationes, arma cepere, ducibus diuersis & paribus inter se per ignobilitatem: quæ causâ fuit, ne in bellum atrox coalescerent pars turbant præsentia, alij montem Hænum transgrediuntur, vt remotos populos concirent. plurimi ac maximè compositi regem, vrbemque Philippopolim à Macedone Philippo sitam, circumcidunt. Quæ vbi cognita P. Velleio, (is proximum exercitum præsidebat) alarios equites ac leues cohortium mittit in eos, qui prædabundi aut adsumendis auxiliis vagabantur. Ipse robur peditum, ad exsoluendum obsidium dicit. Similque cuncta prosperè acta, cæsis populatoribus, & dissensione ortâ apud obsidentes, regisque opportunâ eruptio-  
 ne, & aduentu legionis. neque aciem aut prælium dici decuerit, in quo semerimes ac palantes trucidati sunt, sine nostro sanguine. Eodé anno Galliarum ciuitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœptauere: cuius extimulato acerrimus inter Treueros Iulius Florus, apud Æduos Iulius Sacrouir. nobilitas ambobus, & maiorum bona facta, eoque Romana ciuitas olim data, cum id rarum, nec nisi virtuti pretium esset. Ij secretis conlo-  
 quiis, ferocissimo quoque adsumto, aut quibus ob egestatem, ac metum ex flagitiis maxima peccandi necessitudo; componunt, Florus Belgas, Sacrouir propiores Gallos concire. Igitur per conciliabula & cœtus seditionis differe-  
 bant, de continuatione tributorū, grauitate fenoris, sauitiâ ac superbiâ præ-  
 sidentium. & discordare militem, auditio Germanici exitio. egregium resu-  
 mendæ libertati tempus, si ipsi florentes, quam inops Italia, quam imbellis vrbana plebes, nihil validum in exercitibus, nisi quod externum, cogitarent. Haut fermè vlla ciuitas intacta seminibus eius motus fuit. sed erupere pri-  
 mi Andecaui, ac Turonij. quorum Andecauos Acilius Auiola legatus, exci-  
 tâ cohorte, quæ Lugduni præsidium agitabat, coercuit. Turonij, legionario milite quem Visellius Varro inferioris Germâniæ legatus miserat, oppressi, eodem Auiolâ duce, & quibusdam Galliarum primoribus, qui tulere auxi-  
 lium, quò dissimularent deflectionem, magisq. in tempore efferent. specta-  
 tus & Sacrouir intecto capite pugnam pro Romanis ciens, ostentandæ, vt ferebat, virtutis: sed captiui, ne incesseretur telis, adgnoscendū se præbuisse, arguebant. Consultus super eo Tiberius, aspernatus est indicium, aluitque dubitatione bellum. Interim Florus insisterè destinatis, pellicere alam equi-  
 tum, quæ conscripta Treueris, militiâ disciplinaque nostrâ habebatur, vt cæ-  
 sis negotiatoribus Romanis bellum inciperet. pauciique equitum corrupti, plures in officio mansere. Aliud vulgus obæratorum aut clientium arma ce-  
 pit: petebantq. saltus, quibus nomen Arduenna. cum legiones vtroq. ab exer-  
 citu, quas Visellius & C. Silius aduersis itineribus obiecerat, arcuerunt. præ-  
 missusq. cum dilectâ manu Iulius Indus è ciuitate eadē, discors Floro, & ob  
 id nauandæ opera audior, inconditâ multitudinem adhuc disiecit. Florus  
 incectis latebris victores frustratus, postremò visis milifibus qui effugia inse-  
 derant, suâ manu cecidit. Isq. Treuerici tumultus finis. Apud Æduos maior  
 moles exorta, quanto ciuitas opulentior, & comprimendi procul præsidium.  
 Atigustodunū caput gentis, armatis cohortibus, Sacrouir occupauerat, \* no-  
 bilissimam Galliarū subolem, liberalibus studiis ibi operatam, vt eo pignore  
 parentes popinquoſq. corū adiungeret. simul arma occulte fabricata iuuen-  
 tuti dispertit. Quadraginta millia fuere, quintâ sui parte legionariis armis,  
 ceteri

*Thracæ re-  
bellant.*

\* Astij:  
vel potius,  
Dij.

*P. Velleius  
facile cadit.*

*Maior rebel-  
lio in Galliis.*

*Cui duces,  
Iulius Flo-  
rus, & Iu-  
lius, Sacro-  
uir.*

*Primi motus  
ab Auiolâ  
repressi.*

*Florus nihil  
minus alias  
copias colli-  
git.*

*Praeuenitur à  
Visellio &  
Silio.*

*Et manu sua  
mortem in-  
uenit.*

*Æduos SA-  
crouir tur-  
bat.  
\*& nobiliss.*

ceteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela sunt. adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (Cruppellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. augebantur hæ copiæ, vicinarum ciuitatum ut nondum apertâ consensione, ita viritim promtis studiis; & certamine ducum Romano-rum, quos inter ambigebatur, vtroque bellum sibi poscente. mox Varro in ualidus senectâ, vigenti Silio concessit. At Romæ non Treueros modò & Aeduos, sed quattuor & sexaginta Galliarum ciuitates desciuisse, adsumptos in societatem Germanos, dubias Hispanias, cuncta (vt mos famæ) in maius credita. optimus quisque Reip. curâ mærebat: multi odio præsentium, & cupidine mutationis, suis quoque periculis lætabantur. increpabantque Tiberium, quod in tanto rērum motu, libellis accusatorum insumeret operam. *An Iulium Sacrouirum, maiestatis criminis, reum in senatu fore? exstis- se tandem viros, qui cruentas epistolas armis cohíberent. miseram pacem vel bello bene mutari.* Tanto impensius in securitatem compositus, neque loco, neque vultu mutato, sed, vt solitum, per illos dies egit: altitudine animi, an compererat modica esse, & vulgatis leuiora? Interim Silius cum légionibus duabus incédens, præmissâ auxiliari manu, vastat Sequanorum pagos, qui finium extremi, & Aeduis contermini, sociique in armis erant. Mox Augustodunum petit proprio agmine, certantibus inter se signiferis, freinente etiam gregario milite, ne suetam requiem, ne spatia noctium opperiretur: vi- derent modò aduersos, & aspicerentur. id satis ad victoriam. Duodecimum apud lapidem, Sacrouir copiæque, patentibus locis apparuere. In fronte statuerat ferratos, in cornibus cohortes, à tergo semerimos. Ipse inter primores equo insigni adire, memorare veteres Galloruim glorias, quæque Romanis aduersa intulissent: quām decora victoribus libertas: quanto intolerantior seruitus iterum victis. Non diu hæc, nec apud lātos. etenim propinquabat legionum acies, inconditique ac militiæ nescijs opidani, neque oculis neque auribus fatis competebant. contrâ Silius, & si præsuulta spes hortandi cauf- fas exemerat, clamitabat tamen; *Pudendum ipsis, quod Germaniarum vñtores, aduersum Gallos tamquam in hostem ducerentur. vna nuper cohors rebellem Turonium, vna ala Treuerum, paucæ huius ipsius exercitus turma profligauerit Sequanos. quanto pecuniâ dites, & voluptatibus opulentos, tanto magis imbellis Aeduos, evincite, & fugientibus consilite.* In- gens ad ea clamor. & circumfudit eques: frontemque pedites inuasere. nec contatum apud latera. paulum moræ attulere ferrati, restantibus laminis ad- uersum pila & gladios. sed miles correptis securibus & dolabris, vt si mutuum perrumperet, cædere tegmina & corpora. quidam trudibus aut furcis, iner- tem molem prostertere. iacentesq. nullo ad resurgendum nisu, quasi exani- mes linquebantur. Sacrouir primò Augustodunum, dein metu deditio- nis in villam propinquam cum fidissimis pergit. Illic suâ manu, reliqui mutuis ictibus occidere. incensa super villa, omnes cremauit. Tum deum Tibe- riūs ortum patratumque bellum senati scripsit. neque demsit, aut addidit vero; sed fide ac virtute legatos, se consilijs superfuisse. simul caussas, cur non ipse, non Drusus profecti ad id bellum forent, adiunxit; magnitudinem imperij extollens. neque decorum principibus, si vna alteraue ciuitas turbet, omissâ vrbe, vnde in omnia regimen. nunc quia non metu ducatur, iturum vt præsentia spectaret, componeretque. Decretuere patres vota pro reditu eius, supplicationesque, & alia decora. Solus Dolabella Cornelius dum anteire ceteros parat, absurdam in adulationem progressus, censuit vt ouans è Campaniâ vrbe introiret. Igitur secutæ Cæsar's litteræ, quibus se non tam

*Magnum ex-  
ercitū cogit.*

*Eares in me-  
tu Romanis:*

*Sed non calli-  
do Tiberio.*

*Silius Gallis  
obviauit.*

*Sacrouir  
componit  
suos, & ex-  
citat.*

*Idem Silius.*

*Pugna, vix  
pugna: sta-  
timq. fusi  
Galli.*

*Crupellarij  
caesi.*

*Sacrouir ite,  
sed suâ de-  
xtra.*

*Tiberius si-  
mulat iter  
in Gallias.*

Quirini  
mors hono-  
stata publicè.

Quid illa  
hominis?

C. Lutorius  
maiestatis  
defertur.

Pro eo Lepidi  
oratio.

Sed plures  
damnari.

S. C. de in-  
tervallo ad  
patrari.

A. V. C.  
DCCLXXV.

Agitatum de  
luxu coërcen-  
do.

vacuum gloriâ prædicabat, vt post ferocissimas gentes perdomitas, tot receptos in iuuentâ, aut spretos triumphos, iam senior peregrinationis suburbanæ inane præmium peteret. Sub idem tempus, vt mors Sulpicij Quirinij publicis exsequijs frequentaretur, petiuit à senatu. Nihil ad veterem & patriciam Sulpiciorum familiam Quirinius pertinuit, ortus apud municipium Lanuuum: sed impiger militiæ, & acribus ministerijs consulatū sub Diuo Augusto, mox expugnatis per Ciliciam Homonadensium castellis insignia triumphi adeptus, datusque rector C. Cæsari Armeniam obtinenti, Tiberium quoque Rhodi agentem coluerat. quod tunc patefecit in senatu: laudatis in se officijs, & incusato M. Lollo, quem auctorem C. Cæsari prauitatis & discordiarum arguebat. sed ceteris haut læta memoria Quirinij erat, ob intenta, vt memorauit, Lepidæ pericula, sordidamque & præpotentem sene-ctam. Fine anni C. Lutorium Priscum equitem Romanum, post celebre carmen, quo Germanici suprema defleuerat, pecuniâ donatum à Cæsare, corripuit delator: obiectans ægro Druso compausisse, quod si extinctus foret, maiore præmio vulgaretur. Id C. Lutorius in domo P. Petronij, socrui eius Vitelliâ coram, multisque inlustribus feminis, per vaniloquentiam legerat. Ut delator exstitit, ceteris ad dicendum testimonium exterritis, sola Vitellia nihil se audiuisse adseuerauit. sed arguentibus, ad perniciem plus fidei fuit. sententiaque Haterij Agrippæ cōsulis designati indictum reo vltimum supplicium. Contrà M. Lepidus in hunc modum exorsus est. Si P. C. unum id spe Etamus, quam nefariâ voce Lutorius Priscus mentem suam & aures hominum polluerit; neque carcer, neque laqueus, ne seruiles quidem cruciatus in eum suffecerint. sin flagitia & facinora sine modo sunt; supplicijs ac remedijis, Principis moderatio, maiorumque & vestra exempla temperant; & vana à scelestis, dicta à maleficijs differunt: est locus sententia, per quam neque huic delictum impune sit, & nos clementie simul ac severitatis non peniteat. Sæpe audiui principem nostrum conquerentem, si quis sumptâ morte misericordiam eius preuenisset. vita Lutorij in integro est, qui neque seruatus in periculum Rœp. nequæ interfecitus in exemplum ibit. studia illi ut plena recordiae, ita inania & fluxa sunt. nec quidquam graue ac serium ex eo metuas, qui suorum ipse flagitorum proditor, non virorum animis, sed muliercularum adrepit. cedat tamen urbe, & bonis amissis aquâ & igni arceatur. Quod perinde censeo, ac si lege maiestatis teneretur. Solus Lepido Rubellius Blandus è consularibus adsensit: ceteri sententiâ Agrippæ secuti. ductusque in carcерem Priscus, ac statim exanimatus. Id Tiberius solitis sibi ambagibus apud senatum incausavit, cum extolleret pietatem quamvis modicas Principis iniurias acriter vlciscentium, deprecaretur tam præcipitis verborum pœnas: laudaret Lepidum, nec Agrippam argueret. Igitur factum S. C. ne decreta patrum, ante diem decimum, ad æarium deferrentur: idque vitæ spatium damnatis prorogaretur. sed non senatui libertas ad pœnitendum erat; neque Tiberius interictu temporis mitigabatur. C. Sulpicius, D. Haterius cōsules, sequuntur. Inturbidus externis rebus annus, domi suspectâ severitate aduersum luxum; qui immeñsum proruperat, ad cuncta quis pecunia prodigitur. Sed alia sumtuum quamvis grauiora, dissimulatis plerumq. pretijs occultabantur; ventris & ganeæ paratus adsiduis sermonibus vulgati, fecerant curam, ne Princeps antiquæ parcimoniaz, durius aduerteret. Nam incipiente C. Bibulo, ceteri quoque ædiles disseruerant, sperti sumtuariam legem, yetitaque vtensilium pretia augeri in dies: nec mediocribus remedijis resisti posse. & consulti patres, integrum id negotium ad Principem distulerant. Sed Tiberius saepè apud se pensitato, an coërceri tam profusæ cupidines possent: num coërcitio plus damni in Rœp. ferret: quam indecorū adrectare quod non obtinere-

obtineretur, vel retentum ignominiam & infamiam virorum inlustrium posceret: postremò litteras ad senatum composuit, quarū sententia in hunc modum fuit. Ceteris forsitan in rebus P. C. magis expediat me corām interrogari, & dicere quid ē Rep. censem: in hac relatione, subtrahi oculos meos melius fuit, ne denotantibus <sup>Eā super re</sup> Tiberij epistola: <sup>Quā dissimilat medicinam.</sup>

<sup>rebus ora, ac metum singulorum qui pudendi luxus arguerentur, ipse etiam viderem eos, ac velut deprehenderem.</sup> quod si mecum antē viri strenui aediles consilium habuissent; nescio an suafuris fuerim omittere potius praevalida & adulta vitia, quam hoc adsequi, ut palam fieret quibus flagitijs impares essemus. sed illi quidem officio sunt, vt ceteros quoque magistratus sua munia implere velim. mihi autem neque honestum filere, neque proloqui expeditum, quia non aediles, aut prætoris, aut consulis partes sustineo: maius aliquid & excelsius à principe postulatur; & cum recte factorum sibi quisque gratiam trahant, unius inuidia ab omnibus pectinatur. Quid enim primum prohibere, & priscum ad morem recidere adgrediar? villarum ne infinita spatia, familiarum numerum, & nationes? argenti & auri pondus? aeris, tabularumque miracula? promiscuas viris & feminis vestes? atque illa feminarum propria, quis lapidum caussa pecuniae nostrae ad externas aut hostilis gentes transferuntur? Nec ignoro in coniuijs & circulis incusari ista, & modum posci. sed si quis legem sanciat, poenas indicat; iudicem illi ciuitatem verti, splendidissimo cuique exitium parari, neminem criminis expertem clamitabunt. Atqui ne corporis quidem morbos veteres, & diu auctos, nisi per dura & aspera coercentia. corruptus simul & corruptor, æger & flagrans animus, haut leuioribus remedius restinguendus est, quam libidinibus ardescit. tot à maioribus repertæ leges, tot quas diuus Augustus tulit, illæ obliuione, hec (quod flagitosius est) contemtu abolita, securiorem luxum fecere. nam si velis quod nondum vetitum est, timeas, ne vetere. at si prohibita impunè transcederis, neque metus ultra, neque pudor est. cur ergo olim parcimonia pollebat? quia sibi quisque moderabatur: quia unius urbis ciues eramus. ne irritamenta quidem eadem, intra Italiam dominantibus. externis victoriis aliena, ciuilibus, etiam nostra consumere didicimus. Quantulum istud est, de quo aediles admonent? Quam, si cetera respicias, in leui habendum! At hercule nemo refert, quod Italia externe opis indiget, quod vita populi Romani per incerta maris & tempestatum quotidie voluitur. ac nisi prouinciarum copia & dominis, & seruitiis, & agris subuenerint, nostra nos scilicet nemora, nostræque villaue roubuntur? Hanc P. C. curam sustinet princeps. hec omessa, funditus Remp. trahet reliquis intra animum medendum est. nos, pudor, pauperes, necessitas, diuites, satias in melius mutet. Aut si quis ex magistratibus, tantam industriam ac severitatem pollicetur, ut ire obuiam queat, hunc & laudo, & exonerari laborum meorum partem fateor. sin accusare vitia volunt, dein cum gloriam eius rei adepti sunt, simultates faciunt, ac mihi relinquunt, credite P. C. me quoque non esse offendionum audiendum. quas cum graues, & plerumque iniquas pro Rep. suspiciam, inanes & irritas neque mihi aut vobis vñi futuras iure deprecor. Auditis Cæsaris litteris, remissa Aedilibus talis cura; luxusque mensæ, à fine Actiaci belli, ad ea arima quis. Ser. Galba rem R. adeptus est, per annos centum profusis sumtibus exerciti, paulatiim exoleuere. Causas eius mutationis querere libet. Dites olim familiæ nobilitum, aut claritudine insignes, studio magnificentia prolabebantur. nam etiam tum plebem, socios, regna colere, & coli licitum. ut quisque opibus, domo, paratu speciosus, per nomen & clientelas inlustrior habeatur. postquam cædibus saeuitum, & magnitudo famæ exitio erat; ceteri ad sapientiora conuertere. simul noui homines è municipiis & coloniis, atque etiam prouinciis, in senatum crebro adsumti, domesticam parcimoniam intulerunt. & quamquam fortuna vel industriæ plerique pecuniosam ad senectam peruenirent, mansit tamen prior animus. Sed præcipius ad stricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victuque. obsequium inde in principem, & exemplandi amor, validior quam poena ex legibus & metus. nisi forte rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur. nec

Omissa igitur coercitio.

Sed ponte mutati mores in melius.

Quare?

Exempla, validiora quam leges.

58 tur. nec omnia apud priores meliora, sed nostra quoque ætas multa laudis & artium imitanda posteris tulit. verum hæc \*nobis maiores certamina ex honesto maneant. Tiberius famâ moderationis partâ, quod ingruentis accusatores represserat, mittit litteras ad senatum, quis potestatem Tribuniciam Druso petebat. Id summi fastigij vocabulum Augustus repperit, ne regis aut dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliquâ cetera imperia præmineret. M. deinde Agrippam socium eius potestatis, quo defuncto Tiberium Neronem dilegit, ne successor in incerto foret. sic cohiberi prauas aliorum spes rebatur: simul modestiæ Neronis, & suæ magnitudini fidebat. Quo tunc exemplo, Tiberius Drusum summæ rei admouet: cum incolumi Germanico, integrum inter duos iudicium tenuisset. Sed principio litterarum veneratus deos, ut consilia sua Reip. prosperarent, modica de moribus adolescentis, neque in falsum aucta, rettulit. esse illi coniugem & tres liberos, eamque ætatem quâ ipse quondam à diuo Augusto ad capessendum munus vocatus sit. Neque nunc properè, sed per octo annos capto experientio, compressis seditiōnibus, compositis bellis, triumphalem & bis consulem, noti laboris participem sumi. Præceperant animis orationem patres. quo quæsitior adulatio fuit. nec tamen repertum, nisi vt effigies Principum, aras dœūm, templa & arcus, aliaque solita censerent. nisi quod M. Silanus ex contumeliâ consulatus, honorem Principibus petiuit: dixitque pro sententiâ, ut publicis priuatissimis monumentis, ad memoriam temporum, non consulum nomina præscriberentur, sed eorum qui tribuniciam potestatem gererent. \*Atque Haterius cum eius diei senatus consulta aureis litteris figenda in curiâ censuisset, deridiculò fuit, senex feedissimæ adulatio tantum infamia vñsus. Inter quæ, prouincia Africâ Iunio Blæso prorogata, Seruius Maluginensis flamen Dialis, ut Asiam forte haberet postulauit; frustrâ vulgatum dictitans non licere Dialibus egredi Italiam, neque aliud ius suum, quam Martialis, Quirinaliumque Flaminum. porrò si hi \*duxissent prouincias, cur Dialibus id cœtitum? nulla de eo populi scita, non in libris cœrimoniarum reperiiri. Sæpe Pontifices Dialia sacra fecisse, si flamen valetudine aut munere publico impediretur. duobus & septuaginta annis post Cornelij Merule cœdem, neminem sufficitum: neque tamen cessauisse religiones. Quod si per tot annos possit non creari, nullo sacrorum damno, quanto facilius abs futurum, ad unius anni proconsulare imperium? Priuatis olim simultatibus effectum, ut à Pontificibus maximis ire in prouincias prohiberentur: nunc deum munere, summum Pontificum etiam summum hominum esse, non emulacione, non odio, aut priuatis adfectionibus obnoxium. Aduersus quæ cum augur Lentulus aliique variè differerent, eò decursum est, ut Pontificis Max. sententiam opperirentur, Tiberius, dilatâ notione de iure Flaminis, decretas ob tribuniciam Drusi potestatem cœrimoniais temperauit, nominati arguens in solentiam sententiæ, aureasque litteras contra patrium monrem. Recitatæ & Drusi epistolæ, quamquam ad modestiam flexæ, pro superbissimis accipiuntur. Huc recidisse cuncta, ut ne iuuenis quidem tanto honore accepto, adiret urbis deos, ingredetur senatum, auspicia saltē gentile apud solum inciperet?

\*Bellum scilicet, aut diverso terrarum distineri, litora & lacus Campaniae tum maxime peragrandem. sic imbui rectorem generis humani: id primum è paternis consilijs discere. sanc grauaretur aspectum ciuium senex Imperator, fessamque etatem, & actos labores pretenderet: Druso quod, nisi ex adrogantiâ, impedimentum? Sed Tiberius vim principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis senatui præbebat, postulata prouinciarum ad disquisitionem patrum mittendo. Crebescebat enim Graecas per urbes licentia atque impunitas asyla statueri. Complebatur templo pessimis servitorum: eodē subsidio obœrati aduersum creditores, suspecti. capitalium criminum

\* nobis in  
maiores

Tribunicia  
potestas Drus-  
so petita:

Et impetra-  
ta, cùn adulata-  
tione patrū.

\*At Q. Ha-  
terius:

Flamen Dia-  
lis prouin-  
ciam ambic.

\*suspectum.

Alij obijstur  
2007302 1912

Drusu se-  
perbis no-  
tatur.  
Obliqua in  
eum verba.  
\*Nec male,  
bello.

Dignare asy-  
lorum cer-  
tamen:

2007302 1912

criminum receptabantur. Nec ullum satis validum imperium erat coercendis seditionibus populi, flagitia hominum ut cærimonias deum protegentis. Igitur placitum ut mitterent ciuitates iuta, atque legatos. Et quædam quod falsò usurpauerant sponte omisere. Multæ vetutis superstitionibus, aut meritis in populum Romanum fidebant. Magnaque eius diei species fuit, quo senatus maiorum beneficia, sociorum pacta, regum etiam qui ante vim Romanam valuerant decreta, ipsorumque numinum religiones introspectis; libero, ut quondam, quid firmaret mutaretue. Primi omnium Ephesij adiere, memorantes, non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos: esse apud se Cenchrium amne, \*locum Ortygiam, ubi Laconam partu grauidam, & oleæ, quæ tum etiam maneat, adnisciam, edidisse ea numina: deorumque monitu sacratum nemus. Atque ipsum illic Apollinem, post imperfectos Cyclopas, Iouis iram vitauisse. Mox Liberum patrem bello victorem, supplicibus Amazonum quæ aram infederat, ignouisse. Autem hinc concessu Herculis, cum Lydiâ potiretur, cærimoniam templo: neque Persarum ditione, diminutum ius. Post Macedonas, dein nos seruauisse: Proximo Magnetes, L. Scipionis, & L. Sulla constitutis nitebantur. quorum ille Antiocho, hic Mithradate, pulsis, fidem atque virtutem Magnetum decorauere, ut Dianæ Leucophryna perfugium inviolabile foret. Aphrodisenses posthac, & Stratonicenses dictatoris Cæsaris ob vetusta in parteis merita, & recens diui Augusti decretum attulere. Laudati quod Parthorum inruptionem, nihil mutata in populum Romanum constantiam, pertulissent. Sed Aphrodisiensium ciuitas, Veneris; Stratonicensium, Iouis & Triuiæ religionem tuebantur. Altius Hierocæsarienses exposuere, Persicam apud se Dianam, delubru rege Cyro dicatum. & memorabantur Perperna, Isaurici, multaque alia imperatorum nomina, qui non modo templo, sed duobus milibus passuum eandem sanctitatem tribuerant. Exin Cypri tribus delubris, quorum vetustissimum Paphiæ Veneri auctor Aerias, post filius eius Amathitis Veneri Amathusia, & Ioui Salaminio Teucer, Telamonis patris ira profugus, posuissent. Auditæ aliarum quoque ciuitatum legationes. Quorum copia fessi patres, & quia studiis certabatur; consulibus permisere, ut perspecto iure, & si qua iniurias inuolueretur, rem integrain rursum ad senatum referrent. Consules super eas ciuitates quas memoriaui, apud Pergamum, Aesculapij compertum asylum retulerunt: ceteros obscuris ob vetustatem initis nisi. nam Smyrnæos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicauerint: Tenios eiusdem carmen referre, quo sacrare Neptuni effigiem, ædemque iussi sint. propiora Sardianos, Alexandri victoris id donum, neque minus Milesios Dario rege \*viri. sed cultus innuminum vtrisque, Dianam aut Apollinem venerandi. Petière & Cretenses simulacro diui Augusti. Factaque senatus consulta, quis multo cum honore, modus tamen præscribatur, iussique ipsis in templis facere aras sacradas ad memoriam, neu specie religionis in ambitionem delaberentur. Sub idem tempus Iuliæ Augustæ valetudo atrox, necessitudinem Principi fecit festinati in urbe in reditus: sacerâ adhuc inter matrem filiumque concordiâ, siue occultis odiis. Neque enim multo ante, cum haut procul theatro Marcelli effigiem diuo Augusto Julia dicaret; Tiberij nomen, suo post scripserat. idque ille credebatur, ut inferius maiestate Principis, graui & disimulata offensione abdidisse. Sed tum supplicia diis, ludique Magni ab senatu decernuntur, quos Pontifices, & augures, & quindecimviri, septemuiris simul & sodalibus Augustalibus ederent. Censuerat L. Apronius, vt fe-

senatus  
dice.Ephesij  
sibi vindi-  
cant.

\* lucum

Item Magne-  
tes:  
Aphrodi-  
stenses:  
Stratoni-  
ceni-  
sor:  
attulere,  
laudati, quodHierocæsa-  
rienses. 11209  
11251Permis-  
siones  
Consulibus:Quippluribus  
hoc adi-  
dicantur.L. Romani  
11210Augustæ  
morbis.Tiberij in  
eam non fin-  
cerus amor.

11211

## CORNELII TACITI

60  
vt feciales quoque iis ludis præsiderent. Contradixit Cæsar, distincto sacerdotiorum iure, & repetitis exemplis: neque enim vñquam facialibus hoc maiestatis fuisse: idèò Augustales adiectos; quia proprium eius domus sacerdotium eset, pro quâ vota persoluetentur. Exequi sententias haut institui nisi insignes per honestum, aut notabili dædecore: quod præcipuum munus animalium reor, ne virtutes sileantur, vtque prauis dictis factisque ex postestate & infamia metus sit.

*Adulationis  
fædatus tunc  
& crebillus*

Ceterum tempora illa adeò infecta & adulazione

fôrdida fuere, vt non modò primores ciuitatis, quibus claritudo sua obsequiis protegenda erat; sed omnes consulares, magna pars eorum qui præturâ functi, multiq; etiam pedarij senatores certatum exsurgerent, fœdaque &

*Adeò ut Ca-  
sar ipse obij-  
ceret.*

nimia censerent. Memoriae proditur, Tiberium, quoties curiâ egredetur,

Græcis verbis ili hunc modum eloqui solitum, o HOMINES AD SERVI-  
TUTEM PARATOS! scilicet etiam illum, qui libertatem publicam nolle,

tam proiectæ seruientium patientiæ tædebat. Paulatim dehinc, ab indeco-  
ris ad infesta transgrediebantur.

*C. Silanus  
postulatur.*

C. Silanum p̄oconsulem Asie, repetundarii à sociis postulatum, Mamercus Scaurus è Consularibus, Iunius Otho

prætor, Brutidius Niger ædilis, simul corripiunt. obiectantq; violatum Au-  
gusti numen, spretam Tiberij maiestatem. Mamercus antiqua exempla ia-

cens, L. Cottam à Scipione Africano, Ser. Galbam à Catone censorio, P. Ru-

tilium à M. Scauro accusatos. videlicet Scipio & Cato talia vlciscebantur;  
aut ille Scaurus, quem proauum suum, opprobrium maiorum Mamercus,

infamia operâ dehonestabat. Iunio Othoni litterariuim ludum exercere ve-  
tus ars fuit, mox Seiani potentia senator, obscura initia impudentibus ausis

\* Nafis an-  
porro pol-  
luebat.  
*Brutidius.*

propolluebat. Brutidium artibus honestis copiosum, & si rectum iter per-  
geret, ad clarissima quæque ituruin, festinatio exstimulabat; dum æqualis,

dein superiores, postremo suasmet ipse spes anteire parat. quod multos etiam

bonos pessum dedit, qui spretis quæ tarda cù securitate, præmatura vel cum

exitio properant. Auxere numerum accusatorū Gellius Poplicola, & M. Pa-

conius. Ille quæstor Silani, hic legatus. Nec dubium habebatur, sæuitiae

captarumque pecuniarum tenori reum. sed multa adgerebantur etiam in-

fontibus periculosa; cùm super tot senatorès aduersos, facundissimis totius

Asie, eoq; ad accusandum dilectis responderet solus & orandi nescius, pro-

prio in metu, qui exercitam quoque eloquentiam debilitat. non temperante

Tiberio, quin premeret voce, vultu, eo quod ipse creberrimè interrogabat:

neque refellere, aut eludere, dabatur. ac sæpe etiam confitendum erat, ne

frustra quæsiuisset. Seruos quoque Silani, vt tormentis interrogentur, actor

publicus mancipio acceperat. & ne quis necessariorum iuuaret periclitantem,

maiestatis crimina subdebantur, vinclum & necessitas silendi. Igitur

petito paucorum dierum interiectu, defensionem sui deseruit, ausis ad Cæ-

farem codicillis, quibus inuidiam & preces miscuerat. Tiberius quæ in Si-

lanum parabat, quod excusatiū sub exemplo acciperentur, libellos diui Augu-

sti de Voleso Messalla eiusdem Asie proconsule, factumque in eum sena-

tusconsultum recitari iubet. Tum L. Pisone in sententiā rogat. ille multum de

Sententiā in  
eius damnatione.

elentientiā Principis præfatus, aquâ atq; igni Silano interdicendum censuit,

ipsu inque in insulam Gyrum telegandum. Eadem ceteri, nisi quod Gn.

Lentulus separanda Silani materna bona ( quippe aliâ parente geniti ) red-

dendaque filio dixit, adnuente Tiberio. At Cornelius Dolabella, dum adu-

Dolabella  
scusa adu-  
latio.

lationem longius sequitur, increpitatis C. Silani moribus, addidit, ne quis vita

probrosus, & opertus infamia prouinciam sortiretur: idque princeps diuidicaret. nam à legi-

bus delicta puniri. quanto fore mitius in ipsis, melius in sociis, prouideri ne peccaretur?

Aduersuri

Aduersum quae differuit Cæsar: non quidem sibi ignara quae de Silano vulgabantur, sed <sup>Cui Tiberine  
reficit.</sup> non ex rumore statuendu. multos in prouincis contrâ quam spes aut metus de illis fuerit, egisse. excitari quosdam ad meliora, magnitudine rerum; bebes cere alios. neque posse principem suâ scienciam cunctâ compleâti: neque expedire, vt ambitione alienâ trahatur. ideo leges in facta constitui, quia futura in incerto sint. sic à maioribus institutum, vt si antisentient delicta, pœnae sequerentur. ne verterent sapienter reperta, & semper placita. satis onerum principibus, satis etiam potentiae: \* minutura, quoties gliscat potestas: nec utendum imperio, ubi legibus agi possit. Quanto rario apud Tiberium popularitas, tanto latioribus animis accepta. Atq. ille prudens moderandi, si propriâ irâ non impelleretur, addidit, insulam Gyrum immitem & sine cultu hominu esse: darent Iuniæ familiæ, & viro quoniam ordinis eiusdem, Cytheram potius concederet. id sororem quoque Silani Torquataim, priscaæ sanætimoniae virginem expetere. In hanc sententiam facta discessio. Post audit Cyrenenses, & accusante Anchario Prisco, Cæsius Cordus repetundarum damnatur. L. Ennium equitem Romanum maiestatis postulatum, quod effigiem principis promiscuum ad usum argenti vertisset, recipi Cæsar inter reos vetuit: palam aspernante Ateio Capitone, <sup>Ateij Capitonis seruus.</sup> quasi per libertatem. Non enim debere eripi patribus vim statuendi, neque tantum maleficium impunè habendum. sanè latus in suo dolore esset; Reip. iniurias ne largiretur. Intellexit hæc Tiberius vt erant magis, quam vt dicebantur: perstititque intercedere. Capito insignior infamia fuit: quod humani diuiniq. iuris sciens, egregium publicum, & bonas domi artes dehonestauiisset. Incessit dein religio, quo nam in templo locandum foret donum, quod pro valetudine Augustæ equites Romani voverant Equestri Fortunæ. nam & si delubra eius deæ multa in vrbe, nullum tamen tali cognomento erat. repertum est ædem esse apud Antium quæ sic nuncuparetur, cunctasque cærimonias Italicas in opidis, templaque, & numinum effigies, iuris atque imperij Romani esse. ita donum apud Antium statuitur. Et quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper responsum aduersus Seruium Maluginensem Flaminem Dialem, proinsit Cæsar: recitauitque discretum Pontificum. Quoties valerudo aduersa Flaminem Dialem incessisset, ut Pontificis maximi arbitrio, dum ne plus quam binoculum, abef-set: dum ne diebus publici sacrificij, neu saepius quam bis eundem in annum. Quæ Principe Augusto constituta, satis ostendebant, annuam absentiam & prouinciarum administrationē dialibus non concedi. memorabaturq. L. Metelli Pontificis maximi exemplū, qui Aulum Postumium Flaminum attinuisset. Ita sors Asix in eum, qui consularium Maluginensi proximus erat, conlata. Iisdem diebus Lepidus a senatu petiuit, vt basilicam Paulli, Æmilia monumenta, propriâ pecuniâ firmaret ornaretque. erat etiam tum in more publica munificentia. <sup>Basilica  
Paulli re-  
fecta.</sup> nec Augustus \* arguerat Taurum, Philippum, Balbum, hostiles exuuias, aut \* arcuerat exundantis opes ornatum ad vrbis, & posterum gloriam conferre. quo tum exemplo Lepidus, quamquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit. At Pompeij theatrum igne fortuito haustum, Cæsar exstructum pollicitus est, eo quod nemo è familiâ restaurando sufficeret, manente tamen nomine Pompeij. simul laudibus Seianum extulit, tamquam labore vigilantiaque eius tanta vis vnum intra damnū stetisset. Et censuere patres effigiem Seiano, quæ apud theatrum Pompeij locaretur. neque multo post Cæsar cum Iunium Blæsum proconsulem Africæ triumphi insignibus attolleret, dare id se dixit honori Seiani, cuius ille auunculus erat. At tamen res Blæsi dignæ decorum tali fuere. nam Tacfarinas quamquam saepius depulsus, reparatis per intima Africæ auxiliis, huc adrogantia venerat, vt legatos ad Tiberium mitteret, sedemque vltro sibi atque exercitui suo postularet, aut bellum inexplicabile

cabile minitaretur. Non alias magis suā populique contumeliā Ro. indoluissē Cæfarem ferunt; quām quōd desertor & prædo, hostium more ageret.  
 Ne Spartaco quidem, post tot consularium exercituum clades inultam Italiam vrenti, quamquam Sertorij atque Mithradatis ingentibus bellis labaret  
 Resp. datum, ut pacto in fidem acciperetur. nedum pulcherrimo populi Romani fastigio, latro Tacfarinas, pace & concessione agrorum redimeretur.  
 Dat negotium Blæso, ceteros quidem ad spem proliceret arma sine noxā ponendi, ipsius autem ducis quoquo modo potiretur. Et recepti eā veniā plerique, mox aduersū artes Tacfarinatis, haut dissimili modo belligeratum.  
 Nam quia ille robore exercitus impar, furandi melior, pluris per globos incursaret, eluderetque, & insidias simul tentaret: tres incessus, totidem agmina parantur. ex quīs Cornelius Scipio legatus præfuit, quā prædatio in Leptinos & suffugia Garamantum: alio latere, ne Cirtenium pagi impune traherentur, propriam manū Blæsus filius duxit. Medio, cum dilectis castella & munitiones idoneis locis imponens, dux ipse, & ita & infensa hostibus cuncta fecerat: quia quoquā inclinarent, pars aliqua militis Romani in ore, in late-  
 re, & sāpe à tergo erat. multiq; eo modo cāsi, aut circumuenti. Tunc tri-  
 partitum exercitum plures in manus dispergit, præponitq; centuriones vir-  
 tutis expertæ: nec, vt mos fuerat, actā estate retrahit copias, aut in hiberna-  
 culis veteris prouinciae componit: sed vt in limine belli, dispositis castellis,  
 per expeditos & solitudinum gnaros mutantem mapalia Tacfarinatem pro-  
 turbat. donec fratre eius capto, regressus est, properantiū tamen quām ex  
 vtilitate sociorum, relictis per quos resurgeret bellum. Sed Tiberius pro con-  
 fecto interpretatus, id quoq; Blæso tribuit vt Imperator à legionibus saluta-  
 retur: prīscō erga duces honore, qui bene gestā Rep. gaudio & impetu victo-  
 ris exercitus conclamabantur. erantque plures simul Imperatores, nec super  
 ceterorum æqualitatem. concessit quibusdam & Augustus id vocabulum, ac  
 tunc Tiberius Blæso. \* Postremum obiere eo anno viri illustres, Asinius Saloni-  
 nus, M. Agrippā & Pollione Afinio auis, fratre Druso insignis, Cæfarique  
 progener destinatus. Et Capito Ateius, de quo memoraui, principem in ci-  
 uitate locum studiis ciuilibus adsecutus, sed auo centurione Sullano, patre  
 prætorio. consulatum ei adceleraterat Augustus, vt Labeonem Antistium  
 iisdem artibus præcellentein dignatione eius magistratus anteiret. Namque  
 illa ætas duo pacis decora simul tulit. sed Labeo incorruptā libertate, & ob  
 id famā celebratior: Capitonis obsequium dominatibus magis probabatur.  
 Illi, quōd præturam intrā stetit, commendatio ex iniuriā: huic, quōd cōsula-  
 tum adeptus est, odiū ex inuidiā oriebatur. Et Iunia sexagesimo quarto post  
 Philippensem aciem anno supremum diem expleuit, Catone auunculo ge-  
 nita, C. Cassij vxor, M. Bruti soror. Testamentum eius multo apud vulgum  
 rumore fuit: quia in magnis opibus, cūm fermē cunctos proceres cum hono-  
 re nominauisset, Cæfarem omisit. quod ciuiliter acceptum: neque prohibuit  
 quo minus laudatione pro rostris, ceterisq; sollennibus funus cohonestare-  
 tur. Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt, Manlij,  
 Quinctij, aliaque eiusdem nobilitatis nomina: sed præfulgebant Cassius at-  
 que Brutus, eo ipso, quōd effigies eorum non visebantur.